nis facile declarat audire uolentibus. id est prudenter audientib;
quod si non potuerimus ad plenam ueritatis ipsius intellegentiam perue
nire, nec sic tamen longe erimus ab illa beatitudine quam capiunt
qui implent desiderium suum. Neque enim si non ceperimus id mu
nus. cuius praestandi potestas in alterius manu posita est. Rephen
sionem sustinebimus. sed si in his quae agere praecepimus pareamus
praemium laudis iustae adipiscimur. quoniam ergo omnimodis demonstra
tum est. non solum nullius periculi sed & plurimae utilitatis esse
scrutari diuinas scripturas. exquiramus illam euangelii parabulam
quae est de patre & duobus filiis. nam huius rei causam & de oue
& de muliere comparatio nobis contexto ordine supra recitata sunt.
quaeritur ergo qui sit ille senior frater qui ex dimidio datam sibi
paternae substantiae portionem custodiuit & inseparabilem a pa
tre suo uitam agere dilexit. qui sit uero iunior qui in accepto similiter
ex dimidio patris substantiae peregre profectus sit in longinquam re
gionem & profligatis illic omnibus partis suae facultatibus ad inopiam
redactus porcos alienos pascere coactus sit. sed & qualitatem paeni
tentiae eius non amittamus & aedificata patris promptam remissio
nem modestamque pietatem qui reuertenti filio discessionis praeteritae le
uitatem & dissipatae substantiae flagitia non exprobrat sed uenientem
clementer suscepit & occurrens salutat & gratulans osculatur. & uncū
bene requiescit in eum. & uitulum illum saginatum pro laetitia recepti
filii ad epulandum immolat. In quo conpungitur senior dicit patri. haec
quae per partes digesta expositione sensibus uestris plenius intimaui, neces
sarium enim est ante omnia perscontari causam pro qua & quid uolens de pro
positis saluator ostendere huiusmodi parabolas ad iudaeos aptauerit.
si enim nobis causa talium conparationum patuerit tunc & ea quae de
ipsis sentimus an rationabiliter congruant ueritati facile dinoscitur.
sunt itaque qui dicunt de duob; filiis istis seniorem angelos esse & archan

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0267